Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Christus vulneratus. Probatica piscinæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

vel vt alii legunt validam conſolationem, vel validam exhortationem habemus: quia, cùm reſpicimus certas & æternas Dei promiſſiones, cum patientia, magnaque animi promptitudine ſupportamus cunctas vitæ huius tribulationes, veluti fecêre Sancti omnes.

3. Sanctam Catharinam Senenſem vice quadam ad deſperationem Dæmon deducere ſatagebat, increpando eam de vita peſſimè actâ. Cui illa liberè reſpondit: vera ſunt, quæ dicis, & ego me peccatricem fateor: Verùm *Domini Vulnerum ego recordor*, in quibus omnem ſpem meam repoſui. *In Domini vulneribus abſcondar, & eius pretioſo ſanguine abluam animam meam, & omnia peccata mea delebo.* Undè inimicus confuſus, & à vulneribus Saluatoris conuictus abiit & euanuit. *Bloſ. in Mon.*

CONSIDERATIO XXI.

CHRISTUS VULNERATUS.

Probatica piſcina.

1. PRoſpexit Deus Legi ſcriptæ procurando ei piſcinã, nuncupatam, admirabilem, propter admirabiles, quos cauſabat, effectus. *Quinq; porticus habens.* Ad quã *Ioan. 5.* accurrebant infirmi, & miraculosè curabantur ab infirmitatibus ſuis, ac priſtinam recipiebant ſalutem. Verum in Lege Gratiæ aliam piſcinam longè ſtupendiorem nobis accommodat infinita Dei Bonitas, Humanitatem ſanctiſſimam Christi, videlicet, quinque habentem porticus ſanctiſſimorum vulnerum, in vniuerſalem hominum ſalutem.

2. Sed conſiderandum eſt, quantùm figuratum excedat figuram, quantumq; piſcina ſecunda ſuperet primam: in hac enim virtus ſanandi non erat continua, ſed ad tempus, quando deſcendebat Angelus, & mouebat aquas. Neque etiam curabat omnes infirmos, ſed

vnum, & primum quidem, ſe immergentem post motum aquarum. Neque totum infirmum, ſed corpus curabat. Sacra verò Humanitas Salu- vnà cum ſalutiferis vulneribus continuam habet tem curandi omnes infirmos, cuctosque propè morbos tùm corporis, tùm animæ.

3. Curre, curre, anima mea, ad hanc ſacram nam. Non eſt, quod præſtoleris Angelum, qu- ueat; ſed ſemper in motu eſt, imò feruens Sanguis per aquas illas figuratus, igne Amoris ſus. Accurre, vola, intra, immerge te iſti Sa-

4. Reg. 2. *Lauare, & mundaberis. Lauare* totali quadam tione omnium potentiarum, affectuum, & paſſ animæ, *vt nullam habeat maculam* peccati m-

Epheſ. 4. *aut rugam* peccati venialis voluntarii, *aut ali- iusmodi* affectus & deſiderii creati. *Et mundabe-* puritati naturali duntaxat; ſed etiam ſupern puta, ornamento cœleſti Virtutum & Gratiæ: *ſancta & immaculata.*

CONSIDERATIO XXII.

JESUS VULNERATI

Memoria SS. Sacramenti Euchariſt

1. INſtitutum fuit Venerabile & ſanctiſſimum E- riſtiæ Sacramentum ob memoriam Vulner- uatoris. *Hoc facite in meam commemorationem,* eſt, in memoriam Vulnerum & Paſſionis, vt

Seſſ. 13. c. 2. Concilium Tridentinum, & paſſim à Patribus & ctoribus creditur. Hanc tamen memoriam doc imitatiuam: *Hoc facite in meam commemorationem,*

S. Cypr. plicat S. Cyprianus, *id eſt, in meam imitationem in mortem offerendo, ſicut videt ſe Chriſtum offerre hæc eſt ſola retributio, cùm Sanguis ſanguine com- ſatur.*

2. In eodem etiam Sacramento altaris repræſentatur effectus vulnerum Chriſti, qui eſt mors. Ideò

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN